(28) Et cum ista uerba Domini audissem prostrauit me in terram et adorauit Dominum dicens, Tu es Deus eternus et summus et omnis creatura tua tibi dat honorem et laudem. Tu es super omne lumen fulgens uera lux uite et incomprehensibilis, O magnitudo uirtutis Dei uiuentis, omnis creatura uiuens tibi dat honorem et laudem spiritualem, cum feceris genus humanum magna uirtute. (29) Et postquam hec orauit statim Micael arcangelus Dei apprehendit manum meam et eiecit me de medio paradisi uisitacionis et uisionis Dei. Et tenens Micael uirgam in manu sua tetigit aquas que erant in circuiu paradisi, et congelauerunt aque et transiui super eas et Micael transiuit mecum et reduxit me in locum paradisi unde rapuit me.

Et dixit iterum Adam, Audi fili mi Seth cetera misteria et sacramenta futura mihi reuelata, quia per lignum sciencie de quo comederam cognoui et intellexi que erunt in hoc seculo temporali que facturus est Deus circa genus humanum. Apparebit Deus in flamma ignis ex ore maiestatis sue, et dabit omnibus mandata et precepta et sanctificabit eum in domo maiestatis illius, et ostendet illis Deus locum mirabilem

3. hec uidens perturbatus sum et timor comprehendit me et adorauit coram deo super faciem terre *M*

4-7. et dixi conuerte domine animam meam in requiem tuam quia morior et spiritus meus exiuit de corpore meo *DQB*

8. destruas *P* despicias *DQ* cecidit in me *B*

9. quia figuracione cordis et corporis mei factus es *DQ* propterea quia in transfiguracione cordis tui factus es *B* cum diligencia et sciencia *P* sciencia diligens *J*

10-11. seculum *RB* mihi *CL* tibi *AREF* demonstrando *D*

14-17. omnes lumine *RJEF* tu lux super omne lumen fulgens lux incomprehensibilis uirtus uiuens tibi dicam *I* et *h*. spiritualem uiuentem me facias et omne genus humanum multitudme misericordie tue *DQ* tu es super omne lumen fulgens lux uera uerus incomprehens. tibi dant tua *I*, et *h*. *B* uera lux uita uiuens *M*

19. iecit me in medio *AREF*

20. que erant : lacuna in *DQ* (in hoc mundo in tempore quo missurus filium suum in terris genere humano saluando) tetigit aquas *om. A*

24-28. reuelata : non dicta *add. A* usque ad tempus in quo daturus est deus



maiestatis sue, et ibi preteribunt precepta eius et incendetur sanctuarium eorum et terre eorum deserentur et ipsi dispergentur eo quod exacerbauerunt Deum. Septima die iterum saluos faciet illos a dispersione eorum et iterum edificabunt domum Deo suo in terra, et saluabitur nouissima domus Dei magis quam prius, et iterum superabit iniquitas 5 equitatem, et post habitabit Deus cum hominibus in terra uisurust, et incipiet equitas fulgere et in domum Dei angelorum honorabitur, et non poterit aduersarius nocere hominibus qui sunt in Deo credentes. Et suscitabit sibi Deus plebem saluam facturus in secula seculorum. Et impiit ponent Adam in regno suo et uoluerunt amare regnit illius 10 celum et terram noctes et dies adorabunt et omnes creature obedient Domino et non preteribunt precepta eius nec mutabuntur opera sua. Sed homines mutabuntur derelinquentes precepta Domini. Post hoc repellet Dominus impios et iusti permanebunt sicut iusticia in conspectu Dei, et in tempore illo purificabuntur a peccatis, †consequent† autem 15 nolentes purificari per aquam, et felix est omnis homo qui corripit animam suam, quia iudicii magni dies erit inter mortales, et inquirentur facta eorum a Deo iusto iudice.

(30) Et postquam factus est Adam annorum Dcccc et xxx sciens quoniam dies uite eius finiuntur dixit ad Euam, Congregentur coram 20

flamam ignis ex ore maiestatis sue dabit omnibus gentibus mandata et precepta et sanctificabit eum in domos habitacionis illius *B* sanctificabit illum in domum hab. maiest. illius *Q* et ex ore maiestatis sue dabit omnibus, etc. *DQM* in flamma ignis exeuntis *R* in flamma et ignis *A* et flamma ignis *F* (procedet *add. P*) in flamma ignis *E*

2-3. propterea exacerbauerunt dominum *Q*

3. die tertio *DQ* iterum *om. BCEF* desperatione *JQ*

5. nouissima *om. AB* exaltabitur *DQB* et iterum exuperet iniquitas regnare, tamen domus Domini honorabitur *B* et non potuerunt amplius (aduersarii *add. B*) nocere, etc. *DQB*

6. uisurus *om. DQ* uidentus *M*

7. seculorum 'a' in seculum *M*

9. plebi sue saluatorem in secula seculorum amen *D*

10-12. punientur quoniam (a deo suo rege qui *B*) noluerunt amare legem illius. Celum et terra noctes et dies et omnes creature obedient illi *DQB* ponent . . . suo *om. A* mutabuntur opera sua sed *P* mutant opera eius et 'a' mutabunt *DQ* mutant *B*

13. sed hi omnes mutabuntur *DQ*

13-14. et ideo repellet a se uiros impios *B* in die illa repellet a iustis impios et illi permanebunt, etc. *DQ* sicut sol *DQB*

16-18. purificare *ACLJ* (-i *R*) nolentes *ACJ* uolentes *RL* purificabuntur . . . aquam et *om. DQ* et felix . . . suam *om. B* consequentes gratiam per aquam nolentes uero purificari per aquam punientur in iudicio magno dei a deo uero iudice *B* et in tempore illo felix erit homo qui corripit animam suam quando erit in iudicium magnum dei in omnes mortales *DQ* condemnati autem erunt . . . quando erunt iudicia et magnalia dei inter mortales *M*

me omnes filii mei et filie mee ut loquar cum eis et benedicam eis antequam moriar. Et conuenerunt in tres partes ante conspectum patris eorum ante oratorium ubi Adam orabat ad Dominum Deum. Et congregati omnes una uoce dixerunt, Quid tibi est pater, quia con-  
 5 gregasti nos, et quare iaces in lectum tuum? Respondit Adam et dixit, Filii mei, male mihi est et doloribus sum uexatus. Et dixerunt ad eum filii eius, Pater quid est malum habere et doloribus uexari?  
 (31) Et dixit filius eius Seth, Domine pater, forsitan desiderasti comedere de fructu paradisi de quo olim comedisti et ideo contristatus  
 10 iaces. Dic mihi si uis quod uadam prope ianuas paradisi, et mittam puluerem in capite meo et proiciam me in terram ante portas paradisi et plangam in lamentatione magna deprecans Dominum Deum, et forte exaudiet me et mittet angelum suum ut afferat mihi de fructu quem desideras. Respondit Adam et dixit, Fili, non desidero, sed infirmor  
 15 et dolores habeo magnos in corpore meo. Respondit Seth, Nescio quid est dolor; non uis nobis dicere; quare abscondis a nobis?

(32) Et dixit Adam, Audite me omnes filii mei et filie mee. Quando Dominus Deus fecit me et matrem uestram et posuit nos in paradiso et dedit nobis omnem arborem fructiferam ad edendum et dixit nobis  
 20 ut de arbore sciencie boni et mali que est in medio paradisi ne ederemus. Dominus autem posuerat nos in paradiso et dedit mihi potestatem in oriente et in parte que est contra aquilonem et matri uestre dedit austrum et partem occidentem, (33) et dedit nobis duos angelos ad custodiendum nos. Venit hora ut ascenderent angeli in  
 25 conspectum Dei ut adorarent eum. Statim inuenit locum diabolus in matrem uestram et seduxit eam et fecit eam manducare de arbore illicita et a Deo prohibita, et manducauit et porexit mihi et ego statim manducaui, (34) et statim iratus est nobis in furore Dominus Deus et dixit ad me, Quoniam dereliquisti mandatum meum et uerbum meum  
 30 quod statui tibi non custodisti, ecce inducam in corpore tuo septuaginta plagas de diuersis doloribus a summitate capitis tui oculorum et aurium

2-5. erant autem xv milia uirorum absque mulieribus et pueris *Inc.* una uice *P*  
 lecto tuo *CLJ*

6-7. et dixerunt . . . uexari *om. B* et doloribus uexari *om. Q*

9. contristans desiderio *Q* iudica ergo mihi pater si ita est ut uadam *Q*

10. dic mihi . . . ianuas paradisi *om. B*

14. et manduces et obliuiscaris *add. DQ*

15. sed dolores patior *DQ* sed morior *J*

19. fructum omnis arboris *DQ*

21-23. Dominus . . . occidentem *om. Inc.* in partem orientis et boralis que est contra aquilonem *D*

25. habuit locum aduersarius diabolus absentibus angelis dei *Q* uenit aduersarius diabolus *D*

27. a deo *om. 'a'*

usque ad unguas peditum, et in singulis membris torquebimini tu et uxor tua. Hec omnia nobis deputauit in flagellationem dolorum una cum ardoribus. Hec autem omnia misit Dominus ad nos et ad omnem generationem nostram.

(35) Hec dicens Adam ad omnes filios comprehensus est magnis 5 doloribus et clamans magnis uocibus dicebat, Quid faciam infelix positus in tantis doloribus? Et cum hec audisset Eua cepit flere et dixit, Domine Deus in me transfer dolores ipsius quoniam ego peccaui. Et dixit ad Adam, Domine mi, da mihi partem dolorum tuorum quoniam mea culpa hec acciderunt. (36) Et dixit Adam, Exurge Eua 10 et uade cum filio tuo Seth iuxta portas paradisi, et mittite puluerem in capita uestra et prosternite uos et plangite ante conspectum Domini Dei, et forsitan miserebitur uestri et iubebit transmittere angelum suum ad arborem misericordie de qua currit oleum uite et dabit uobis ex ipso modicum ut unguatis me ex eo ut quiescam ab his doloribus ex quibus 15 crucior fatigatus.

(37) Et abierunt Seth et mater eius Eua uersus partes paradisi et dum ambularent subito uenit serpens bestia impietatis et faciem Seth momorsit. Quod cum uidisset Eua fleuit amare dicens, Heu me miseram quoniam maledicta sum et omnes qui non custodiunt precepta 20 Domini Dei. Et dixit Eua ad serpentem uoce magna, O bestia maledicta quomodo non timuisti mittere te in ymaginem Dei? quomodo ausus es pugnare cum eo, aut quomodo preualuerunt dentes tui?

1. torquemini *MSS* torqueberis *P* torqueris *D* tu . . . tua *om. M*

2. inflicationem dolorum *DQ* in reflectione dol. meorum *B*

3. iussit *J*

6. clamauit *A and om.* dicebat . . . doloribus constrictus *add. Q*

9-10. et dixit ad Adam . . . acciderunt *om. AB*

11-12. et mittite . . . plangite *om. B*

13. nostri *CL* iubet *A*

14. arborem myrrhe *Inc.* ex ipso modicum *om. Q*

16. consumor *DQB* (for addition in *B* 'Fili mi Seth', etc., see *inf.*)

17-18. et dum, etc. *om. Inc. but not Meyer J.*

18-19. momordit *P* et (l. 79) *om. L* bestia impetum faciens morsit Seth *DQ* uenit b. i. f. et m. S. *M* uenit serpens cum impetu et m. S. *B*

20. qui non custodiui *DQB*

21. serpentem bestiam *DQ*

22. quid audes euadere in *W*

#### *Additions in B*

§ 37 (fatigatus). Fili mi Seth, si angelus apparuit, dices me tedere uite mee, et precare eum quatinus certitudinem mihi mittet quia promisit mihi Dominus dum me expelleret a paradiso. Paratus Seth, dixit Adam, Versus orientis in capite uallis huius inuenies uiam uiridam que uos ducet ad paradisu, sed ut illam certius

(38) Respondit serpens et dixit magna uoce, Numquid non coram Domino est malicia uestra? nonne contra uos excitauit furores nostros? Dic mihi Eua, quomodo apertum est os tuum ut manducares de fructu quem precepit tibi Dominus non manducare? Antea quidem non habui potestatem in uos, sed postquam preteristi mandatum Domini tunc incepit audacia nostra et potestas contra uos.

(39) Tunc Seth dixit ad serpentem, Increpet te Dominus Deus! Recede a conspectu hominum et claude os tuum et obmutesce, inimice, maledicte, confusio ueritatis, recede a conspectu ymaginis Dei usque in diem quando iusserit te Dominus in comprobacionem perduci. Et dixit serpens ad Seth, Ecce recedo a facie ymaginis Domini Dei ut dixisti. Et statim recessit et Seth plagatum dentibus dimisit.

(40) Seth uero et mater eius ambulauerunt ad portas paradisi tuleruntque puluerem terre et posuerunt super capita sua et prostrauerunt se in terra super faciem suam et ceperunt plangere cum gemitu magno deprecantes dominum Deum ut miseretur Ade in doloribus constituti et mittat angelum suum dare sibi oleum de arbore misericordie Dei. (41) Orantibus autem ipsis et deprecantibus oracionibus multis ecce arcangelus

1-2. uoce humana *DQBM* numquid ad uos est malicia nostra numquid contra uos est dolor furoris nostri *DQB* nonne a uobis est malicia nostra et dolor furoris nostri *W* numquid non ad uos est malicia nostra nonne contra uos est furor noster *M* numquid non excitastis furorem nostrum *P* (suum *J*)

4-6. nunc autem non potes portare si tibi incepero pugnare *DQM* (exprobrare *M*) antea quidem . . . potestas *om. BM*

8. stupe et obliuiscito maledicte confuse perditie *D* (obmutescit . . . perditie inimice *Q*) imperet tibi deus stirpe obmutesce *B* stupe obmutesce claude os tuum maledicte inimice ueritatis confusio perditionis *M* imperat tibi deus ut discedas a me *W*

9. recede ab imagine dei . . . producere in probacionem *DQ* (prod. *om. D*)

11. ut iussisti 'a'

12. sed plagato es dentibus *Q* statim recessit plaga de dentibus a Seth *M* et recessit placata sentibus *B* tunc Seth de dentibus serpentis uulneratus ipse et mater, &c. *W*

13. partes *C* ambulauerunt ad portas *om. R*

16. in doloribus . . . dei *om. Inc.* constituti *om. QBM*

18. et . . . multis *om. A add. 'a'* horis multis *DQ*

agnoscatis inuenietis passus marcidos qui sunt tam mei quam matris uestre uestigia cum per eam incederemus expulsi de paradiso usque ad hanc uallem qua plasmatus tui causa deueniremus; tanta enim fuerunt peccata nostra quod numquam postea quo pedes nostri calcauerunt herba uirida crescere potuit. Post ita dixisset Adam abierunt Seth et mater eius, etc.

40 (ambulauerunt) et cum appropinquassent Seth respexit claritatem paradisi, stupefactus est et signauit se de litera tetha [i. e. theta, sign of the cross] quia putauit esse arborem ignis, et prospero itinere peruenerunt ad paradysum, perrexerunt enim ad portas paradisi, tuleruntque, etc.

41 (constitutus). Seth dixit, Pater meus quatinus certitudinem olei a deo promissi per me te. Querit te pater meus quatinus certitudinem olei a deo promissi per me

Micael apparuit eis dicens, Seth quid queris? Ego sum arcangelus Micael a Domino super corpora hominum constitutus. Tibi dico Seth, homo Dei, noli lacrimare orando et deprecando propter oleum ligni misericordie ut inde perungas corpus patris tui Ade pro doloribus quos patitur in corpore suo. (42) Dico tibi quod in nullo modo ex ipso 5 poteris habere usque in nouissimis diebus cum completi fuerint quinque milia ducenti viginti et octo anni. Tunc enim ueniet super terram Christus amantissimus Dei filius resurgere et cum eo corpus Ade et corpora omnium mortuorum resuscitare, et ipse Christus filius Dei baptizabitur in flumine Iordanis. Cum egressus fuerit de aqua tunc ex 10 oleo misericordie sue perunget patrem tuum et omnes credentes in se. Et erit oleum misericordie in generationem et generationem omnibus

1. Micael apparens dixit ego missus sum a domino constitutus super corpus humanum *Q* Seth quid queris *om. M*

5. sed postquam compleueris v milia et quingentos annos non ungeris oleo. tunc nascetur in terra Xtus filius Dei et baptizabitur in aqua Iordanis et deinceps perunget oleo mis. omnes credentes in eum, et patrem suum Adam in paradysum reducet ad arborem mis. et in sexto die morietur ipse Adam *W*

6. sed nouissimis diebus cum consummati fuerint quinque milia quingenti *DQ* quinque milia ducenti minus uno *BInc.*

9. resuscitare corpora mortuorum *DQ* corpus Ade et multa c. m. *B*

10. accipient ex oleo mis. s. in gen. et gen. his qui renascentur ex, etc. *DQ* dabitur oleum quod deus promisit parentibus tuis et posteritati eorum hoc est uere pietatis dileccio *B*

renunciare si digneris. Cui angelus, Ade (= adi) ad ostium paradisi et intromisso solum modo capite tuo intueri diligens que et qualia sunt ea que apparebunt tibi. Quod factum est. Intromisso capite solummodo intuitus tantam amenitatem quantam lingua hominis enotare non potest. Amenitas illa erat in diuersis generibus florum fructum armonie anni, et tota fulgebat inestimabili odore. In medio autem paradisi fontem lucidissimum intuebatur de quo iiii flumina manabant, quorum unus Gyon alter Physon tertius Tygris quartus Eufrates; hec sunt flumina que totum mundum replent aquis. Super fontem uero quedam arbor stabat nimis ramosa sed cortice et foliis nudata. Meditari uero cepit Seth quod arbor nudata erat et passus maridi erant peccata parentum suorum. Reuersus autem Seth ad angelum que uiderat narrauit. Precepit angelus ei redire iterum et reuersus est. Vidit enim serpentem circa arborem per meatus inuolutum; uiso illo stupefactus est. Rediit ad angelum; precepit angelus redire. Reuersus uero uidit arborem iam dictam usque ad celos eleuatam et in summitate arboris paruulum iam natum in pannis inuolutum intuitus est; quo uiso stupefactus est. Cumque reclinaret lumina ad terram uidit iam decem arbores radicem terram penetrando usque ad inferum pertingere, in quo recognouit animam fratris sui Abel. Reuersus tertio ad angelum que uiderat narrauit. Cui angelus de puero benigne dixit, Puer quem modo uidisti filius Dei est qui deflet iam peccata parentum tuorum, et ego missus sum a Domino et constitutus super corpora humana. Tibi dico Seth, etc. (41).

42 fin.) Tunc angelus tradidit Seth tria nuclea ligni de quo manducauerunt parentes eius. Ita dixit, Impletum est tempus uite patris tui. Intra triduum cum ad patrem tuum perueneris anima eius exhibit de corpore, uidens mirabilia in celo et in terra et in luminariibus celi. Hec grana intra os eius pones, de quibus surgunt

qui renascendi sunt ex aqua et spiritu in uitam eternam. Tunc enim descendet amantissimus Dei filius et introducet patrem tuum in paradysum ad arborem misericordie sue.

(43) Tu uero uade ad patrem tuum et dic ei quoniam impletum est  
 5 tempus uite sue et cum exierit anima eius de corpore uidebis mirabilia magna in celo et in terra et luminaria celi. Hec dicens Micael arcangelus statim discessit. Et aspiciens Seth in paradysum uidit in summitate arboris uirginem sedentem et puerum crucifixum in manibus tenentem, et admirabatur Seth ualde. Et reuersi sunt Eua et Seth; attulit autem  
 10 secum Seth odora menta, hoc est nardum crocum calamitam et sinamomum. (44) Et cum peruenerunt Seth et mater eius Eua ad Adam dixerunt ei quomodo serpens momorsit filium eius Seth, et dixit Adam ad uxorem suam, Ecce id fecisti nobis? induxisti plagam magnam et peccata in  
 15 que facta sunt nobis post mortem meam refer filiis tuis. Qui enim exurgunt ex nobis plagas et labores suos sufferre non ualentes execrabortur et maledicunt nobis dicentes, Ista mala intulerunt super nos parentes nostri qui fuerunt ab inicio.

(45) Hec audiens Eua cepit ingemiscere et lacrimari. Et dixit Seth  
 20 ad patrem suum Adam, Domine pater signum mirabile uidi in paradiso.

1. tunc recessit angelus in paradysum et attulit ei ramusculum trium foliorum de arbore sciencie boni et mali, dedit ei dicens, porta patri tuo in refrigerium corporis sui, uade et festina quia impletum, etc. *Inc.* restat adhuc sex dies ut exeat, etc. *Inc.* adhuc sex dies et exiet *DQ*

7. et aspiciens . . . ualde: *only in A*

9. tulerunt secum ramusculum et factum est cum uenerunt ad aquam Iordanis ecce iamus quem dedit eis angelus cecidit in flumen, erat enim flumen in uelocissimo cursu, et cum uenerunt, etc. (l. 11) *Inc.*

10. odora menta . . . sinamomum *P* crocum calamite 'a' nardum crocum calamum *DQ*

12. serpens bestia *DQ*

14. et hoc quod fecisti post mortem meam referes filiis tuis quoniam qui (qui sibi *Q*) exsurgent ex nobis laborantes non deficient sed maledicent, etc. *DQ*

16. nobis: post hoc dixit Adam filio suo Seth, Numquid misit mihi angelus Domini aliquid? Respondit Seth, Misit tibi angelus ramusculum trium foliorum, quod cecidit mihi in medio Iordanis fluminis. Tunc dixit Adam, Vade fili mi ad locum ubi cecidit; quere et inuenies, et affer mihi ut uideam antequam moriar, et benedicam tibi anima mea. Reuersus est Seth ad flumen Iordanem, quesiuit et inuenit ramusculum in medio flumine nunquam<sup>de</sup> loco mutatum tulitque et dedit patri suo. Dum uidit gauisus est gaudio magno et dixit, Ecce mors et resurreccio mea. Rogauitque Seth ut plantaret ramum ad suum caput supra sepulchrum (*Inc.*)

19. et dixit Seth . . . de Micaele (p. 143, l. 11): *only in A*

tres uirge, una erit cedrina in qua intelligitur pater quia uniuersis arboribus alcius crescit, secunda erit ciprissina in qua intelligitur filius quia omnibus arboribus fragrantior est, tertia erit prinus in qua intelligitur spiritus sanctus quia multos  
 • generat nucleos. Reuersi sunt Eua et Seth et narrauerunt que uiderant; attulit, etc.

Et dixit Adam, Dic mihi fili mi Seth, quid ibi uidisti? si forte scirem dicere quid significaret illud mirabile. Et respondens Seth dixit ad patrem suum Adam, Pater mi in aspiciendo in paradysum uidi in summitate arboris uirginem sedentem et puerum crucifixum in manibus tenentem. Adam autem aspiciens in celum flexis genibus exurgens 5 manus suas Deo dixit, Benedictus es Domine pater pro omnibus omnipotentissime et misericordissime Deus, quod nunc scio uere quod uirgo concipiet filium qui in cruce morietur, unde omnes salui erimus. Et reuelauit Seth patri suo Adam omnia que dixerat eis Micael arcangelus iuxta portas paradisi. Adam autem laudes dedit Deo de omnibus que 10 dixerat ei Seth de Micaele. Et ecce aduenit dies mortis Ade sicut predixit Micael arcangelus Dei. (46) Et cum cognouisset Adam quod uenit hora mortis eius dixit ad omnes filios suos et filias, Ecce nunc maior est et est numerus annorum meorum in hoc mundo nongenti triginta. Cum uero mortuus fuero sepellite me contra ortum Dei in 15 agrum habitacionis eius. Cum hoc dixisset emisit spiritum. Et obscuratus est sol et luna et stelle per dies septem, Cum autem Seth et mater eius Eua amplexati essent corpus Ade et luxissent super illud respicientes in terram intextis manibus super capitibus et capita super genua posuissent et omnes filii eius et filie similiter amarissime lacrimarentur, ecce Micael arcangelus apparuit stans ad capud Ade et dixit ad Seth, Exurge de corpore patris tui et ueni ad me ut uideas patrem tuum et quid disponat facere Dominus Deus de plasmate suo quia misertus est ei. Et ecce omnes angeli canentes tubis dixerunt, Benedictus es Domine Deus pro plasmate tuo quod misertus es ei. 25

(47). Tunc uidit Seth manum Domini extensam animam patris sui tenentem quam tradidit Micaeli arcangelo dicens, Sit hec anima in custodia tua in suppliciis usque ad diem dispensacionis in nouissimis diebus in quibus conuertam luctum eius in gaudium. Tunc uero 30 sedebit in throno illius qui eum supplantauit.

15. ortum solis et dei *E* ortum orientalem hab. illius *P* contra dominum *DQ* contra orientem *Inc.* coram deo *B*

17. tenebricatus *D* tenebratus *Q* non dederunt lumen *B*

18. et Seth amplexatus est corpus patris sui lugendo super eum et omnes filii eius. Apparuit Micael, etc. *Inc.* et Seth . . . eius et Eua cum esset respiciens, &c. *DQ* suspirans *B*

20. posuissent et nuclea predicta in os eius sub ligna *B*

22. ut *LPJ* et *ARCEF*

23. proplasmate *C* qui misertus est protoplasmate suo Adam *Q*

28. in suppliciis *om. Inc.*

30. seduxit *B*

. . . et gausus est pater et risit semel in uita sua; et clamauit ad Dominum dicens, sufficit mihi anima mea, tolle animam meam. et postea nunciauerunt qualiter bestia serpens momordit Seth, et concito conuersum est risum Ade in luctum. dixit Eue ecce quod fecisti, etc.

- (48) Et dixit iterum Dominus ad Micaelem, Affer mihi tres pannos de sindone bissinos et expande unum super corpus Ade et alium super corpus filii sui Abel. Et processerunt omnes uirtutes angelorum ante Adam et sanctificata est dormicio mortis eius. Et sepelierunt arcangeli corpus Ade et corpus filii sui Abel in paradiso. Videntes Seth et mater eius que fiebant per angelos admirati sunt ualde; quibus angeli dixerunt, (49) Sicut uidistis eos sepeliri similiter mortuos uestros sepelite. Post sex dies postquam mortuus est Adam cognoscens Eua mortem suam imminere congregare fecit omnes filios suos et filias et dixit eis, 10 Audite filii mei et filie quod referam uobis. Postquam pater uester et ego transgressi sumus preceptum Domini Dei dixit nobis Micael arcangelus, Propter preuaricationes uestras et peccata inducet Dominus iram iudicii sui in genus uestrum primo per aquam postea per ignem. In his duobus iudicabit Dominus omne genus humanum.
- 15 (50) Audite ergo me fili mi Seth, facito tabulas lapideas et tabulas de terra lucidas et scribe in eis totam uitam patris uestri et meam et ea que a nobis audisti et uidisti. Cum enim iudicauerit Dominus genus uestrum

1. ad M. et Orielem angelos *D* et ad Urielem et angelos *B* ad M. et ad Ur. *M* affer mihi tres sindonas bissinas et expandite corpus Ade et vestibus sindonis uestite Abel filium eius *DQB* bissino *J*

3. uirtutes celi angelorum *D*

4. et sanct . . . eius *om. Inc.* ut sanctificarent dormicionem eius *DQ* (sacrificarent *Q*)

5. in monte Ebron in partibus paradisi uidentibus Seth et matre eius et alio nemine *DQBM* que . . . angelos *om. D*

6-7. et dixit ad eos M. et Oriel *D* (Orael *Q* Uriel *B*)

8. his dictis angeli recesserunt. Seth uero filius eius plantauit ramum ad caput patris sui, sicut eum rogauerat Adam. Post multum uero tempus creuit in arborem magnam. Et postea inuenta est a uenatoribus Salomonis et sibi optata (plantata?) ante palatium suum. Postea uenit regina a finibus orientalibus uidere sapientiam Salomonis. Et prophetauit hoc lignum omnia regna Iudeorum destruere et inimicos eorundem. Quo audito rex Salomon hoc lignum in probaticam piscinam lapidibus alligatis mergi precepit, ubi postmodum semper descendebat angelus et aquam mouebat. Et multi sanabantur per ipsum Christum, qui postmodum in ipso ligno suspensus erat, et in stipite arboris erat caput positum ita ut sanguis redemptoris eius primi plasmatoris descendit in caput (*Inc.*)

9. Seth cum xxx fratribus et totidem sororibus *DQBM*

12. uestras: *here J breaks off.*

15. filii mei *L Inc.* ne pereat memoria primorum parentum uestrorum in eternum *Inc.* et aleas de terra salateas *DQ* (duas tabulas creas et alias luteas *W*)

(from *B*)

Regnauit Salomon in Iudea et inuenit tabulas quas Seth scripsit et post diluuium a multis uidebantur lapides illi scripti sed a nemine legebantur. Salomon autem sapientissimus ut uidit lapides rogauit Dominum ut ostenderet ei scripturam eorum, et arcangelus Micael dicens, Ego sum qui tenui manum Seth ut ascriberet digito suo sine ferro in lapidibus et in luto. Scies scripturam ut intelliges ubi sunt omnes lapides isti et ubi erat oratorium in quo Adam adorabat Dominum et ubi oportet



per aquam tabule de terra lucide soluentur et tabule lapidee permanebunt, cum autem per ignem iudicauerit Dominus genus uestrum tabulee lapidee soluentur et tabule de terra lucide que coquantur permanebunt. Et cum hec omnia dixisset Eua filiis suis expandit manus suas et respiciens in celum inclinans genua sua in terra adorans Dominum Deum 5 et gratias agens tradidit spiritum.

(51) Et postquam factus est fletus magnus sepelierunt eam filii eius et filie. Et cum essent lugentes mortem eius per dies quatuor apparuit Micael arcangelus dicens, Ne amplius quam per sex dies lugeatis mortuos uestros, quod septimus dies signum resurrectionis et requies futuri seculi, 10 et in die septimo requieuit Dominus ab omnibus operibus suis.

(52) Tunc fecit Seth tabulas lapideas et tabulas de terra lucidas, et cum apposuisset apices literarum et scripsit in eis uitam patris sui et matris sue sicut ab eis referentibus audierat et oculis suis uiderat posuit tabulas in medio domus patris sui in oratorio ubi orabat Adam ad 15 Dominum Deum; que a multis uidebantur post diluuium et minime legebantur, sed sapientissimus Salomon postquam uidit tabulas lapideas scriptas deprecatus est Dominum ut aperiret ei sensum ut intelligeret ea que in tabulis scripta essent. Tunc apparuit ei angelus Domini dicens, Ego sum angelus qui tenui manum Seth quum digito suo cum ferro 20 scripsit tabulas istas. Et ecce scies scripturam ut cognosces et intelliges ubi lapides isti erant, fuerant autem in oratorio Ade ubi ipse et uxor sua adorabant Dominum Deum. Oportet autem te edificare ibidem domum

1-4. scribentur *CLP* lutee *DQ* et tab. lap. perm. . . cum hec omnia dixisset *om. DQ*

2. Dominus genus uestrum *om. CL*

3. subluentur *L* diluuntur *P* que coquantur *om. P*

9. vii diebus *B xxx Inc.* vir dei Seth noli amplius lugere mortuos uestros quam vii diebus *W*

10. vii diebus *B* octauus uero dies est future et eterne beatitudinis in quo omnes boni cum ipso creatore et saluatore nostro simul cum corpore et anima nunquam de cetero morientur sed regnabunt per infinita secula seculorum Amen Vita Ade et Eue absoluta est feliciter *Inc.*

12-13. et cum . . . literarum *om. DQMB*

14. sicut . . . uiderat *om. DQB*

16-19. Dominum Deum: here *B* continues with the story of the seeds for a coll. of folio, then 'regnauit Salomon in Iudea' as *supr.*, then concludes story of Holy Rood et minime leg. *om. D* sapientissimus *S.* inuentis eisdem tabulis deprecatus est Dominum et apparuit angelus Domini dicens *DQ*

21. et ecce cognosces scripturam ut scias ubi sunt lapides et ubi oratorium *DQ*

edificare domum Domini domum orationis. Tunc Salomon uocauit illas tabulas achillicas latine illabicas i. sine labiorum doctrina scriptas digito; et in istis lapidibus inuenta sunt que prophetauit Enoch septimus ab Adam dicens, Et uenit Deus in sanctis suis facere iudicium de omnibus operibus et que locuti sunt de eo peccatores et iniqui et murmuratores et querelosi quorum os locutum est per superbiam.

orationis Domino Deo. Tunc Salomon uouebat edificare ibi domum orationis ibidem Domino Deo. Tunc Salomon uocauit literas illas achiliacos, id est sine labiorum doctrina scriptas digito Seth tenente manum eius angelo Domini.

- 5 (53) Et in ipsis lapidibus inuentum est quod prophetauit septimus ab Adam Enoch dicens ante diluuium tunc aduentu Christi Iesu, ecce ueniet Dominus cum sanctis militibus suis facere iudicium de hominibus et arguere omnes impios de omnibus operibus que operati sunt et de omnibus que de eo locuti sunt peccatores et impii murmuratores  
10 tquerent loquitur secundum concupiscencias suas et os eorum locutum est superbiam.

(54) Adam post xl dies intrauit in paradysum et Eua post octoginta et fuit Adam in paradiso per annos vii et habuit dominium omnium bestiarum.

- 15 (55) Sciendum est quod de octo partibus plasmatum fuit corpus Ade.

1-2. tunc . . . Deo *om.* *A* suppleuit templum Domino Deo *DQ*

3. achyllaycos *P* aquaillicitas quod est latine inlapidatas (achilicas quod est latine lapidicas *Q*) 1. sine labiis doctrina scriptas *DQ* sine labiorum doctrina *P* hoc est sine librorum (uerborum, labiis) doctrina scriptas *M*

§§ 52-53. impleuit autem Seth precepta matris sue. cumque tabulas quas fecit sapientissimus uidisset Salomon rogauit Dominum ut ostenderet illi cuius ille tabule essent aut quid significarent et ostendit ei per angelum suum que rogauit de tabulis. tunc uocauit Seth illas que in tabulis erant archilaicas h. e. sine labore doctrina scriptas digito Seth angelo tenente manum ei. Enoch dixit de domini aduentu, ecce ueniet Dominus in sanctis mirabilibus suis facere iudicium de omnibus operibus hominum. *W*

6. de aduentu *DQ*

7. militibus *om.* *D* de omnibus *DQ*

8. arguet impios de omn. oper. quibus preuaricati sunt super terram *DQ*

10. suas : ingrediuntur *add.* *RC.* de hominibus qui locuti sunt de deo peccatores, &c. (*as RC*) *L* cum sanctis militibus . . . et arguet . . . suas et non exaudientur quia os . . . superbiam *P* (et arguere impios de omnibus operibus quibus locuti sunt de eo peccatores et impii murmuratores et irreligiosi qui secundum concupiscencias suas ingrediuntur et os eorum locutum est superbiam *M* (Cf. Enoch 19 in *Apocrypha and Pseudepigrapha, Oxford 1913*): And behold he cometh with ten thousand of his holy ones to execute judgement upon all, and to destroy all the ungodly; and to convict all flesh of all the works of their ungodliness which they have ungodly committed, and of all the hard things which ungodly sinners have spoken against him.)

12-14. introiuit *E* Adam uero postquam passus est ihs introiuit *D ending here*; *another hand adds* 'amen dicete uos'. Adam uero postquam passus est ihs intrabit in paradysum *Q*. Adam autem post xl dies intrauit in paradysum et Eua post octoginta dies. Quo nos ducere dignetur, qui cum patre et sancto spiritu uiuit et regnat. *W* Adam uero post quadraginta dies introiuit in paradysum et Eua post octoginta, et fuit Adam in paradysum annos septem et † sub die mouerunt omnem † bestiarum *Paris MS 5327 (Meyer 4)*

15. See Forster, *op. cit.*, pp. 477 ff.

Una pars erat de limo terre unde facta est caro eius et inde piger erit. Alia pars erat de mari unde factus est sanguis eius et inde erat uagus et profugus. Tertia pars erat de lapidibus terre unde sunt ossa eius et inde erat durus et auarus. Quarta pars erat de nubibus, inde facte sunt cogitationes eius et inde factus est luxuriosus. Quinta pars erat de uento unde factus est anelitus et inde factus est leuis. Sexta pars erat, de sole unde facti sunt oculi eius et inde erat bellus et preclarus. Septima pars est de luce mundi unde factus est gratus et inde habet scienciam. Octaua pars est de spiritu sancto unde facta est anima et inde sunt episcopi et sacerdotes et omnes sancti et electi Dei. 10

(56) Et sciendum quod Deus fecit et plasmavit Adam in eo loco in quo natus est Iesus scilicet in ciuitate Bedleem que est in medio mundi, et ibi de quatuor angulis terre corpus Ade factum est, deferentibus angelis de limo terre de partibus illis, uidelicet Micaele Gabriele Raphaele et Uriele. Et erat illa terra candida et munda sicut sol, et conspersa est 15 illa terra de quatuor fluminibus id est Geon Phison Tigris et Euphrates, et factus est homo ad imaginem Dei, et insufflauit in faciem eius spiraculum uite scilicet animam. Sicut enim a quatuor fluminibus conspersus sic a quatuor uentis accepit flatus.

(57) Cum factus fuisset Adam et non erat ei nomen impositum adhuc, 20 dixit Dominus ad quatuor angelos ut quererent ei nomen, et exiuit

7. bellicosus *P*

8. grauis *R* gradus *E*

10. omnes dei electi *P* omnes sancti altissimi *E*

11-19. et sciendum . . . flatus *om. B*. See Forster, *op. cit.*, p. 518.

20. erat: *the rest of A is lost; what follows is taken from L*

(Beginning of B)

De octo partibus factus est Adam. Prima pars est de limo terre scil. caro, sanguis de mari, oculi de sole, cogitationes bone et tepidose de nubibus, flatus siue anelitus de uento, ossa de lapidibus, anima de spiritu sancto, lux autem mundi que octaua pars est a deo data est. Si terra superhabundauit in hominem piger erit, si mare sapiens et profusus, si sol pulcher et speciosus, si nubes et luxuriosus, si uentus uelox et iracundus, si lapides durus ad parendum et credendum, auarus et latro, si spiritus sanctus omnia bonus erit et castus. . . .

\*Cum fecisset Dominus hominem non † erat diuina scriptura repletus senex et erit perlatus perlatus in eo nomine et † precepit quatuor angelis querere nomen eius. Angelus itaque Michael abiit in orientem et a stella cui nomen Anatalim tulit A. Gabriel ab occidente a stella cui nomen Disistulit D. Raphael de aquilone a stella cui nomen Archtos tulit A. Uriel uero a meridie a stella cui nomen Mensembrios

\* The eighth element 'lux mundi' seems somehow to have got confused with this sentence: one may conjecture: 'si lux mundi, diuina scriptura repletus erit et preclarus. Cum fecisset Dominus hominem et non erat ei nomen precepit, etc.' Cf. MS. at C. C. C. Camb. ap. Forster, p. 481 (*op. cit.*) and variants there quoted.

Micael ad orientem et uidit stellam orientalem Ancolim nomine et sumpsit primam literam ab illa, et exiuit Gabriel ad meridiem et uidit stellam meridianam nomine Disis et tulit primam literam ab illa; exiuit Raphael ad aquilonem et uidit stellam aquilonarem Arthos nomine et tulit primam literam ab ipsa; exiuit Uriel ad occidentem et uidit stellam occidentalem Mencembrion nomine et attulit primam literam ab eadem; quibus literis adductis dixit Dominus ad Urielam, Lege literas istas, et legit et dixit, Adam, et dixit Dominus, Sic uocetur nomen eius. Explicit uita protoplasti nostri Ade et Eue uxoris eius.

1. anacolym *R* anathalim *C* anatholym *F*; etc.

4. Raphael ad mer. Uriel ad aqil. Gabriel ad occ. 'a' Dysis 'a' exc. *LR* Archos *RCE* Arcos *P*

8. uocatur 'a' exc. *LC*

tulit *M*. Et dixit Dominus ad Urielem, Lege literas, et dixit Uriel, Adam est nomen eius. Adam in paradiso tanto spacio uixit feliciter quanto Christus in cruce pro humano genere redimendo penas mortis sustinuit. Ille uero in meridie q. in plenitudine claritatis et perfectione uirtutum conditus q. a cognicione conditoris amissi innocencia declinans in mortem corruit. Christus uero pro eo redimendo q. in meridie crucifixus est hora nona occubuit.

Sex peccata habuit Adam, superbiam quoniam in sua potestate uoluit esse et non Dei, sacrilegium quia non credidit deum ubique esse, homicidium quia se ipsum et nos precipitauit in mortem, fornicacio quia serpentina suasionem corruptus est, furtum quia cibum uetitum usurpauit, auariciam quia plus quam illi sufficere debuit appetiit. Per hec sex peccata diabolus omnes homines in potestate habuisset nisi Christus uenisset nec aliquis regnum Dei introisset. Cum expulsi essent, etc.

#### Note 1.

I am much indebted to the librarian of Trinity College, Dublin, for sending me some transcriptions of MS 509; it is clear from these that the MS belongs to the class of *D* and *Q*, though it lacks the words 'Adam post xl dies', etc., and ends with the prophecy of Enöch. From the fact that in § 52 it reads 'ego sum qui tenui Seth ut scriberet digito suo cum ferro in tabulis lapideis et terreis' can perhaps be explained *W*'s strange reading in § 50 'duas tabulas erras et alias luteas'; 'ereas' must have arisen somehow from 'et terreas' miswritten as 'eterreas'.

#### Note 2.

A parallel to § 56 may be found in some questions and answers similar to the 'Durham Ritual (see Förster, *op. cit.* pp. 493 ff.) in an Irish 12th cent. MS (part of B.M. Addl. 37785); after 'quot sunt pondera hominis? sunt octo de quibus factus est Adam', etc. comes the following: 'Quot sunt cispes (?cespites) de quibus factus est Adam?'

quatuor sunt. Cispes de terra Garoth de qua creavit Dominus caput eius. Cispes de terra Arabon de qua factum pectus eius. Cispes de terra Auriolon de qua formatus est uenter eius. Cispes de terra Greconia de qua facti sunt pedes eius et femora eius.' Whatever the names mean, they presumably represent the four parts of the world ('de quatuor angulis terre corpus Ade factum est').

J. H. MOZLEY.